BIBL. DE L'UNIVERSITÉ
OBLONGS
32

THÈSES
ANCIENNES
DU
XVII^E SIÈCLE
1

THESES ANCIENNES

Exemplaires coupés, sans les gravures.

(270 thèses en 2 v.obl.)

--ooOoo--

	Discipline:	Soutenue le:	Volume:	N°:
ALESME (Jean d')	Philosophie	...Juin 1639	I	2
ARNOUX (F.Martial)	Théologie	31 août 1669	I	3
ASSELINE (Jean)	Philosophie	6 août 1661	I	4
AUBERT (Jean)	Philosophie	18 août 1652	I	5
AUBERT (Jean)	Théologie	3 juill.1660	I	6
AUGET (Paul)	Théologie	29 janv.1656	I	7
AUMONT (Léonard)	Philosophie	28 juil.1658	I	8
BACHELIER REMUS(Nicolas)	Théologie	4[févr.]1662	I	9
BARIN DE LA GALISSONNIERE (Henri-Louis)	Théologie	26 août 165..	I	11
BARRÉ (Charles)	Philosophie	22[juil]1666	I	12
BASTONNEAU (Robert)	Théologie	[8 févr]1652	I	13
BAUDO (Pierre)	Théologie	...mars 1666	I	14
BAUDRAND (Henri)	Théologie	28 mai 1664	I	15 ,et
			I	15bis.
BEAUVEAU LE RIVAU (Pierre-François de)	Théologie	10 juill.1659	I	16 ,et
			I	16bis.
BEGON (Scipion)	Théologie	[6 déc.]1669	I	17
BELLOCIER (Charles)	Philosophie	4 août 1668	I	18
BERNIER (Charles)	Théologie	24 mai 1662	I	19
BERRUYER (Simon)	Philosophie	19 juil.1662	I	20
BERTRAND DE LA PÉROUSE (François de)	Philosophie	?	I	21
BILLET (Nicolas)	Théologie	22 mars 1670	I	22
BINARD (Pierre)	Théologie	30 Juil.1669	I	23
BLAKE (Fr.Henri)	Théologie	[23]fév.1631	I	24 ,et
			I	24bis.
BLOVET DE CAMILLY (Pierre-François)	Théologie	17 nov.1661	I	25
BLOVET DE THAN (Jean)	Théologie	9 août 1652	I	26
BOETELLE (Adrien)	Thèsesophie	17 août 1653	I	27
BOISCOURION (Anianus de)	Philosophie	14 avr. 1666	I	28
BOLLIOUD (Jean)	Théologie	24 mai 1669	I	29
BONNET (Jacques-Florent)	Philosophie	5 juill.1665	I	30
BOUCHER (Joseph)	Théologie	[4]janv.1663	I	31
BOUCHER (Joseph)	Droit canon	3 décem.1663	I	32
BOUCHERON (François)	Théologie	13 janv.1662	I	33
BOUILLON (Emmanuel-Théodose de La Tour d'Auvergne, duc d'Albret, Cal de)	Philosophie	16 août 1660	I	1
BOUQUIN (Robert)	Théologie	...déc. 1664	I	34
BOURGEOIS (François)	Théologie	6 févr. 1655	I	35
BOURREE DE REVEILLON (Jacques)	Théologie	30 avr. 1663	I	36
BOVIAC (François)	Théologie	8 octob.1661	I	37
BRAGELONGNE (Pierre de)	Philosophie	31 juil.1661	I	38 ,et
			I	38bis.
BRIDIEU LINIERES (Roger-Antoine de)	Théologie	19 avr. 1655	I	39
BRINDEAU (Pierre)	Théologie	15 févr.1656	I	40
BRINDEAU (Pierre)	Théologie	24 oct. 1661	I	41 ,et
			I	41bis.
BRUNO (F.Didier)	Philosophie	13 juil.1670	I	42
BURNEL (Guillaume)	Théologie	23 janv.1662	I	43
BURTIO (Etienne de)	Théologie	...mars 1662	I	44 ,et
			I	44bis.
BUTILIER (Edouard)	Philosophie	2 août 1665	I	45
CAMUS DE BAIGNOLZ (Carolus)	Théologie	11 févr.1654	I	10
CAMUSAT (Pierre)	Théologie	[5 mai] 1649	I	46
CAMUSET (Louis-Jean)	Philosophie	16 juil.1662	I	47
CAMUSET (Pierre)	Philosophie	13 août 1662	I	48
CAMUSET (Pierre)	Théologie	3 juill.1669	I	49
CANAYE (Charles)	Philosophie	10 août 1656	I	50
CARDONVILLE (F.Charles de)	Théologie	3 juill.1662	I	51
CASTEL (François Perrard)	Philosophie	25 juin 1668	I	52
CATINAT (Clement)	Théologie	3 juill.1663	I	53
CAVELIER (Antoine)	Philosophie	6 juill.1659	I	54
CAVOYE (Pierre de)	Philosophie	28 juin 1663	I	55
CERMOISE (Paul)	Théologie	26 janvi.1664	I	56
CHAPELLAIN (César)	Théologie	6 févr. 1662	I	57
CHARDON (Jean)	Philosophie	24 juil.1670	I	58
CHARPANTIER (Nicolas)	Théologie	26 juil.1663	I	59
CHARTON (Médéris)	Philosophie	17 oct. 1662	I	60
CHARTRAIRE (Germain)	Théologie	[12]jan.1662	I	61
CHEMINEAU DE MARCAYS (François)	Philosophie	10 juil.1661	I	62
CHEON (Pontius)	Droit canon	30 août 1658	I	63 ,et
			I	63bis.
CHESNEL (Louis)	Théologie	27 oct. 1662	I	64 ,et
			I	64bis.
CHOMEL (Claude)	Philosophie	[30]août1654	I	65 ;et
			I	65bis.
CLEMENT (Claude)	Théologie	[27]août1664	I	66
CLEMENT (Claude)	Théologie	10 déc. 1665	I	67
CLERMONT-TONNERRE DE CRUSY (Antoine-Benoît)	Philosophie	6 août 1662	I	68

1158445544

COLMAN (Daniel)	Droit	20 mars 1666	I	69 ,et
			I	69bis.
COMMINGE (Pierre)	Philosophie	10 juil.1661	I	70
COMPAIN (Adrien)	Théologie	4 juill.1669	I	71
CONSTABLE (Guillaume-Edmond de)	Philosophie	13 juil.1669	I	72
COTTY (F.François)	Philosophie	13 août 1662	I	73 ,et
			I	73bis.
COUREAU DE PRESSIAT (René)	Théologie	31 janv.1662	I	74
COURTOT (F.François)	Théologie	21 janv.1662	I	75
COUSIN (Nicolas)	Théologie	6 juill.1669	I	76
COUSIN (Nicolas)	Droit canon	4 décem.1669	I	77
CRAMOISY (Jean)	Théologie	16 juin 1656	I	78
DACLIN (Charles-Larent)	Théologie	6 août 1669	I	79
DALY (Thaddée)	Philosophie	27 juin 1666	I	80
DATON (Guillaume)	Philosophie	24 août 1664	I	81
DEHABUS (Jacques)	Philosophie	8 septe.1658	I	82
DELAMET (Léonard)	Théologie	26 juin 1655	I	83
DELATTRE (Alexandre)	Théologie	4 janv. 1653	I	84
DELECEY (Gabriel)	Théologie	22 août 1669	I	85
DEMORGUES (Joseph-Scipion)	Droit canon	23 avr. 1665	I	86
DEMOUHERS DE LA GRANGE (Jean)	Philosophie	6 août 1662	I	87
DESCAULES (Louis)	Philosophie	29 juin 1665	I	89 ,et
			I	89bis.
DES HAYS DU FOSSARD (Louis)	Philosophie	25 juil.1662	I	88 ,et
			I	88bis.
DESPINAY DE SAINCT LUC (Louis)	Philosophie	29 août 1666	I	90
DEVOUGES (Claude)	Théologie	/11/ fév.1653	I	91
DIROYS (François)	Droit canon	12 févr.1665	I	92
DROUARD DES MARESTS (François)	Théologie	/11/ jan.1662	I	93
DROYNET (F.Charles) et GAZON (Simon)	Théologie	../avr/ 1657	I	94
DU FOUR (Pierre)	Théologie	26 nov. 1665	I	95
DUFOS (Pierre)	Philosophie	20 août 1662	I	97
DU MESNIL POTTIER (Charles)	Philosophie	16 juil.1662	I	96
ESCOURAILLE (Francis d')	Théologie	6 mars 1662	I	98
ESMERY (Pierre)	Philosophie	25 août 1659	I	99
FAUVEL (André)	Philosophie	10 août 1652	I	100
FERON (Nicolas)	Philosophie	17 juil.1667	I	101
FERRARD (Philippe)	Théologie	7 sept. 1669	I	102
FOIX (Henri-Charles)	Philosophie	11 sept.1661	I	103,et)
			I	103bis)
			I	103ter)
FORCEDEBRAS (Charles)	Théologie	15 mai 1656	I	104,et)
			I	104 bis)
FOUCQUET (Yvon)	Philosophie	25 juil.1646	I	105
GALLYOT (Charles)	Théologie	23 juil.1669	I	106
GARNIER (Antoine)	Philosophie	20 juin 1648	I	107
GERARD (Isaac-Anselme)	Théologie	30 janv.1664	I	108
GIFFORD (Bonaventure)	Théologie	26 janv.1672	I	109
GIRARD (F.Sébastien)	Théologie	13 sept.1657	I	110
GOBERT (Michel)	Philosophie	21 juil.1667	I	111

GODET (Pierre)	Philosophie	25 juil.1660	I	112 ,et
			I	112bis.
GODET DES MARAIS (Paul de)	Philosophie	24 juin 1667	I	113
GONDOVIN (Raymond)	Physique	16 août 1654	I	114
GORRÉ (Jacques)	Philosophie	9 juil1656	I	115
GOYET DE BECHEREL (François)	Théologie	4 décem.1657	I	116
GROYN (Germain)	Théologie	/27/ fév.1662	I	117
GUENON (François)	Théologie	2 mai 1663	I	118
GUERIN (Etienne)	Théologie	17 juil.1654	I	119
GUIGNARD (André)	Théologie	14 nov. 1653	I	120
GUILOU (François)	Théologie	...janv.1655	I	121
GUILLOYRE (Louis)	Philosophie	10 août 1661	I	122
GUITONNEAU (Adrien)	Philosophie	19 août 1659	I	123 ,et
			I	123bis.
HACTE (Nicolas)	Philosophie	19 août 1659	I	124
HAMEAU (André)	Théologie	15 nov. 1667	I	125
HAMON (Jean)	Médecine	 1645	I	126
HAMON (Jean)	Médecine	 1646	I	127 ,et
			I	127bis.
HARLE (Jean-Baptiste)	Philosophie	1er août1661	I	128
HEDERMAN (Donat)	Philosophie	7 juin 1664	I	129 ,et
			I	129bis.
HENNEQUIN (François-Louis)	Philosophie	9 juill.1658	I	130 ,et
			I	130bis.
HOULLIER (Etienne)	Philosophie	22 juil.1661	I	131
ILLIERS D'ENTRAGUES (Joseph d')	Philosophie	26 juin /.?./	I	132
JAPPIN (Jean-François)	Droit canon	19 févr.1661	I	133
JAPPIN (Jean-François)	Théologie	16 nov. 1661	I	134
JARDE (Pierre)	Théologie	9 juin 1662	I	135
JOLLAIN (Jean)	Théologie	15 déc. 1662	I	136
JOLY (Melchior)	Philosophie	16 août 1660	I	137
JOUVANCOURT (Nicolas)	Philosophie	9 juill.1662	I	138 ,et)
			I	138bis)
			I	138ter)
JOUVIN (Jacques-François)	Philosophie	28 janv.1663	I	139
JUIF (François)	Théologie)	28 juin 1644	I	140
LABORIE (Jean)	Théologie	23 oct. 1659	I	143,et)
			I	143bis)
			I	143ter)
LAFFEMAS (Laurent de)	Théologie	?	I	144
LA HAYE (Laurent de)	Théologie	24 nov. 1659	I	142
LAISNÉ (Jean)	Théologie	1er juin1669	I	145
LAMARTELIERE (François de)	Philosophie	2 août 1654	I	146 ,et
			I	146bis.
LAMY (Jean)	Théologie	12 mai 1656	I	147
LAMY (Jean)	Théologie	5 mai 1658	I	148 ,et
			I	148bis.
LANGAN DE BOISFEVRIER (Robert de)	Philosophie	20 juil.1659	I	149
L'ANGLE (Nicolas de)	Philosophie	10 août 1663	I	141
LANGLE (Robert de)	Philosophie	2 juill.1662	I	151
LANGLEE (François)	Philosophie	13 févr.1665	I	150

DEVS OPT. MAX. qui torrente voluptatis potabit inquirentes ſe non inceſſu corporis, ſed cordis affectu, dum ſeſe videndum illis præbens oſtendet eis omne bonum. Beati ergo mundo corde, quoniam non tantùm lucem increatam & oculis aſpectabilem, qualem ſomniauerunt Armeni, verùm etiam Deum ipſum videbunt. Sed feliciores illi, qui à Deo ad habitandum iam in tabernaculis eius electi ſunt. Non enim iuxta Iudaïcas fabulas, quas illi δευτερώσεις appellant, gemmatam & auream de cælo expectamus Ieruſalem, in qua Sabbathi otio dormiamus; neque per mille annos poſt reſurrectionem regnum Chriſti in terra futurum & Sanctos cum illo in deliciis regnaturos cum Millenariis ſperamus: ſed ſcimus, quoniam, ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, ædificationem ex Deo habemus domum non manufactam, ſed æternam in cælis, ad quam pauperes ſpiritu à ianuis diuitum humilitate ſubleuati Deum vident Vnum & Trinum, non ampliùs per ſpeculum in ænigmate, ſed facie ad faciem: ſicut è contra Diues ille purpuratus ab epulis ſplendidis elatione ſuâ detruſus eſt ad tormenta; quæ narratio Euangelij magis, quàm parabola S. Ambroſio videtur; nec immeritò: ſed immeritò quibuſdam videtur S. Auguſtinus de ſtatu animæ poſt mortem anceps tuliſſe iudicium.

LONGE periculoſiùs decipiuntur, qui putant Ioannem XXII. decreuiſſe, vt nemo ad vllum gradum in Facultate Theologiæ Pariſienſi promoueretur, niſi iuraret ſe in perpetuo docturum, animas ante iudicium generale Deum non eſſe contemplaturas. Sapientiùs agunt, qui ſuſtinent eum ſententiam ſuam ad determinationem ſacræ huiuſce Facultatis reuocaſſe. Ne tamen inde cum Anomæis ſperes te corpore mortis alligatum tantâ felicitate fruiturum eſſe; neque cum Eunomio eò inſaniæ deuenias, vt glorieris te eandem de Deo, ac ipſe Deus de ſeipſo, cognitionem habere: ſed potiùs cum Apoſtolo cupias diſſolui, vt cernas indeſinenter pulcherrimum Dominum, & de eius pulchritudine nunquam ſatieris: imò & ſemper ſatieris, & nunquam ſatieris. Hoc tamen conſequi non poteris per ſolas naturæ tuæ vires. Creatura enim non ipſa poteſt eſſe beata, quæ ex nihilo creata eſt, aut creari poteſt, ſed ex illo à quo creata eſt, aut poteſt creari. Deteſtamur igitur Begardos & Beguinas aſſerentes animam non indigere lumine gloriæ ad Deum videndum eoque beatè fruendum. Nolim tamen eum damnare, qui negaret tantam eſſe eius neceſſitatem, vt à Deo ſuppleri non poſſit. Sed Iouinianus & Lutherus omnes Sanctos beatitudine pares eſſe diſſimili fundamento, ſed ſimili dementiâ ſomniantes iure ſunt condemnati. Mitiùs agendum puto cum illis, qui viſionis inęqualitatem tum ab intellectu, tum à lumine glorię repetunt; aut qui viſiones beatificas diſtinguunt ſpecie: licet eorum ſententię nullatenus aſſentiar.

CREDIMVS ergo Deum videri; credimus etiam eum eſſe inuiſibilem. Deus enim lux eſt; ſed lux mentium purgatarum, non iſtorum corporis oculorum: niſi vis eum eſſe ſonum, vt poſſit etiam auribus percipi; halitum, vt poſſit etiam ſentiri olfactu, & molem, vt poſſit tangi. Nec S. Auguſtinus *l. 22. de Ciuit. Dei cap. 29.* contrarium docuit. Apage igitur vanas Anthropomorphitarum fabulas Deum corpus eſſe præſumentium, quanquam Tertulliani patrocinio glorientur, ſed fortè immeritò. Quanto tolerabiliùs deſipuerunt, qui carnem aſſerüerunt conuerſum iri in ſubſtantiam Dei, & hoc futuram quod Deus eſt; vt ſic eam ſaltem videndo Deo facerent idoneam, non tantâ diuerſitate diſſimilem. Conatus enim mentis vtcumque ferendus eſt volentis corpus conuertere in ſpiritum, non in corpus Deum. Deſipüerunt tamen. Tu ergo agnoſce, quòd in cælo mens erit idonea, quæ illam lucem videat, quod nunc nondum eſt. Hoc autem oculus videre corporis, neque nunc poteſt, neque tunc etiam per extraordinariam Dei virtutem poterit. Sed nec mens ipſa erit idonea, quæ tantam lucem comprehendat. Totum tamen Deum contemplabimur, & omnia eius attributa: videbimus enim eum ſicuti eſt: & verbum noſtrum non erit falſum; quia neque mentiemur neque fallemur. Ergo erit ſpecies expreſſa? erit ſanè, & eam debes admittere, niſi velis apertum à S. Auguſtino profiteri diſſidium; quinimò & impreſſam puto poſſibilem.

CREDO etiam Beatis peruium eſſe omniforme illud diuinitatis ſpeculum, in quo quidquid illorum intereſt, illuceſcit, ſuffragante S. Auguſtino *l. de cura pro mort. gerenda.* Sed quatenùs & quouſque illorum interſit, non facilè explicatur. Pro certo tamen habeo fidelium preces ad eos deferri, nec vacuas redire teſtantur illa, quæ votorum rei ſine ſuperſtitione perſoluunt. Quis ergo contra Catholicæ Eccleſiæ vſum à primæuis Chriſtianæ Religionis temporibus receptum, Sanctorumque Patrum conſenſionem, & ſacrorum Conciliorum decreta audeat aſſerere ſanctorum inuocationem eſſe idololatriam, vel pugnare cum Verbo Dei, aduerſarique honori vnius Mediatoris Dei & hominum IESV CHRISTI, vel denique ſtultum eſſe in cælo regnantibus voce vel mente ſupplicare, & Ethnicam eſſe imitationem vnum ab vno petere, aliud verò ab alio, niſi ipſe conſors velit fieri ſtultitiæ Nouatorum; à quibus ſanctorum hoſtis Vigilantius velùt ſanctus Preſbyter ineptiſſimè celebratur. Sed an liceat homines pietate illuſtres agone conſummato, nondum tamen ſolemniter in Dypticis renuntiatos inuocare meritò dubitatur. Attamen S. Hieronymus vltimam ſuam ſenectutem Paulæ orationibus iuuari expoſtulauit. Quis tanto fretus exemplo errare timeat? De publicis tamen honoribus ipſis exhibendis non plebeculæ aut mulierculæ æmulationem Dei non ſecundum ſcientiam habentium, ſed Eccleſiæ certum auſcultandum puto iudicium.

POPVLVS igitur Chriſtianus memorias ſanctorum religioſâ ſolemnitate concelebrat: nec ideò fingat Caluinus nos Deos habere plurimos, non pro numero vrbium, ſed pro numero capitum multitudinis. Illo enim cultu, qui Græcè λατρεία dicitur, cùm ſit quædam propriè diuinitati debita ſeruitus, nec colimus nec colendos docemus Sanctos, ſed adoraturi tranſimus eos, ſi fortè cum ſponſâ dicere poſſimus & nos, paululùm cùm pertranſiſſem eos, inueni, quem diligit anima mea. Quis eſt? non ſanè meliùs occurrit, quam Qui eſt. Sed, quis eſt ille Qui eſt? eum tibi deſignaui per proprium & eſſentialem characterem. Quid vlterius quæris, & de eo meliùs dicitur, quid non ſit, quàm quid ſit? Vnus eſt, & ſi poſſit dici, vniſſimus. Vnus eſt Sol, quòd non ſit alter: Vna Luna, quòd æquè altera non ſit: atque id quidem Deus, ſed plus: Vnus eſt etiam ſibi. Idem enim ſemper & vno modo. Non ſic vnus Sol; non ſic vna Luna. Clamat vterque non eſſe ſe vnum ſibi, ille motibus, illa & defectibus ſuis. Deus autem nihil in ſe niſi ſe habet. Non ex tempore alterationem habet, non in ſubſtantiâ alteritatem. Hoc verè vnum in quo nullus eſt numerus. Nullum in eo aliud præter id, quod eſt. Trinitas tamen eſt Deus. Dicimus enim Patrem, dicimus Filium, dicimus Spiritum ſanctum: non tamen tres Deos, ſed vnum. Quid ſibi vult iſte, vt ſic loquar, abſque numero numerus? quis enim numerum neget? nam verè tres ſunt. Quis numeret tamen? nam verè vnum ſunt.

QVOD ſi facilè explicatu id putas dicendo tres; dicito, quid numeraſti? Eſſentias? vna eſt. Deitates? vna eſt. Non hæc, ſed perſonas numero (inquis) quæ non ſint illa vna eſſentia, illa vna Deitas? Catholicus es, minimè hoc dabis. Scribendum enim eſt ſtylo ferreo in vngue adamantino vel celte ſculpendum in ſilice aliquo ſenſu Catholico non poſſe negari, quin diuinitas ſit Deus, & Deus diuinitas. Apage ergò omnem diſtinctionem realem inter eſſentiam diuinam eiuſque attributa, quocunque occultetur nomine. Si tamen velis admittere aliquam diſtinctionem rationis ratiocinatæ, imò & virtualem non multùm contradicam: niſi hanc rationis diſtinctionem intellectûs Beati opus eſſe contendas. Illam enim facit ſpeculum & ænigma, per quod ſolùm interim videre datur. Cùm autem videbimus Deum facie ad faciem, tunc acies mentis noſtræ ſeſe adunabit conformabitque vnitati illius aut potiùs vnitati illi, vt vna vni facies reſpondeat faciei. Idem omninò iudicium cenſeo ferendum de attributis omnibus abſolutis inter ſe comparatis. Sed caue, ne idem ſentias de relatiuis, ſi inter ſe conferantur. Vt enim impietatem Sabellij declines, tres perſonas expreſſas ſui proprietate debes diſtinguere, duaſque admittere proceſſiones, quarum altera pro principio immediato habeat intellectum diuinum, altera diuinam voluntatem. Per illam generatur Filius, per hanc Spiritus ſanctus procedit.

QVID autem inter naſci & procedere interſit, de illâ excellentiſſimâ naturâ loquens explicare quis poſſit? ego ſanè diſtinguere inter illam generationem & hanc proceſſionem neſcio, non valeo, non ſufficio. Puto quòd & tu pariter mecum neſcis. Hoc ergo Sacramentum ambo ſilentio veneremur, nobiſque ſatis ſit aſſentiri SS. PP. illud explicantibus his verbis. Sicut Verbum mox vt conſideratur, ſe prolem eſſe eius à quo eſt euidentiſſimè probat, promptam præferendo Patris imaginem; ſic Amor apertè ſe prolem negat, quia dum à Patre & Filio procedere intelligitur, non ſtatim tam perſpicuam exhibet ſe contemplanti eius ex quo eſt ſimilitudinem. Vtrique iſti proceſſioni duplex reſpondet relatio, primæ Paternitas & Filiatio, ſecundæ ſpiratio paſſiua & ſpiratio actiua, quæ tamen à Paternitate & Filiatione virtualiter tantùm diſtinguitur. His quatuor adde innaſcibilitatem, & habebis quinque notiones, quem numerum puto retinendum; licet aliqui abſque periculo hæreſis contrariè ſint opinati. Non ſic diuinitatem Filij impugnauit Arius, non ſic Spiritûs ſancti diuinitatem Macedonius negauit. Vterque enim anathemate meritò percuſſus eſt, hic in Conc. Conſtantinop. I. ille à CCCXVIII. Patribus Nicææ congregatis, vt in numero eorum ſecundùm SS. PP. per ſignum ſuæ Paſſionis & Nominis Dominus IESVS ſuo probaret ſe adeſſe Concilio.

NEC Ariani putent ſe hæc fulmina declinare opponendo Concilia Sirmienſe & Ariminenſe: illud enim meliùs Synagogam malignantium vocaueris: huius verò primam cum ſancto Athanaſio laudo partem: ſed ex eâ nihil niſi Catholicum poteſt erui. Recentiora verò Arimini concilium vanitatis mihi videntur. Nullis ergo glorientur Conciliis, nec auctoritatem S. Iuſtini, Athenagoræ, Theophili Antioch., Tatiani, S. Irenæi, Clementis Alex., S. Gregorij Thaumaturgi, aut S. Dionyſij Alex. vindicent. Si quæras, quid ſentiam de Origene; citatur à ſancto Athanaſio pro fide Catholicâ, damnatur à SS. Hieronymo & Epiphanio: definire meum non eſt. Sed quidquid ſit de illius mente, Filium & Spiritum ſanctum ſimul cum Patre vt vnum Deum adoro & conglorifico, illum tanquam à ſolo Patre genitum, hunc tanquam à Patre & Filio procedentem. Infelix Theodoretus, qui hanc proceſſionem auſus eſt impugnare: non tamen eum cenſeo inter hæreticos deputandum. Non ita excuſo Photium, Marcum Epheſinum, cæteroſque Schiſmaticos Græcos, qui poſt tot Concilia, in quibus in eandem cum Latinis fidem conuenerunt, ad ſuum redierunt vomitum. Abſoluuntur enim Magiſtri, condemnantur Diſcipuli.

ERRORI Græcorum nimis fauent, qui eum negant omnem inter Filium & Spiritum ſanctum diſtinctionem deſtruere. Illum penitùs profligant tum Conc. Lateranenſe ſub Innoc. III. Lugdunenſe ſub Greg. X. & Florent. tum additio huiuſce vocis (*Filioque*) ad Symbolum Conſtantinopolitanum licitè facta; tum etiam Symbolum à S. Athanaſio editum Romæ, quod velùt fidei confeſſio apud omnes Orientales & Occidentales in maximâ ſemper fuit veneratione, vt profitentur ipſi PP. Græci nullatenùs Schiſmaticis patrocinantes. Apoſtolicum verò ſymbolum veneror tanquam opus Apoſtolorum, breue verbis ſed magnum Sacramentis, Eraſmo fruſtrà reclamante. Fateor tamen non conſtare apud Patres an ſinguli ſingulos articulos, an vniuerſos omnes confecerint. Sed mihi videtur in eo ſufficienter indicari Myſterium Trinitatis; quod licet minimè naturali aduerſetur rationi, in eo tamen naturaliter demonſtrando omnis ſermo ſuccumbit, & ipſa non perdurat intentio. Quòd ſi quis recurrat ad demonſtrationes indemonſtrabiles Raymundi Lullij, timeat cenſuram, quâ ille meritò notatus eſt. Quoties enim venerit cogitatio & propoſuerit, quæ eſt ratio Trinitatis? nobis ſufficiat credere, quia Deus eſt Vnus & Trinus, qui procùl recedit à perſequentibus ſe ſuperbis curioſæ rationis conatibus, dùm ſimplicibus humilis fidei paſſibus *inquirentibus ſe remunerator eſt.*

Has Theſes, duce Deo Vni-Trino, auſpice Deiparâ, & Præſide Sap. M. N. PETRO COPPIN *Doctore Theologo Pariſienſi, & Socio Nauarrico, tueri conabitur* CAROLVS CAMVS DE BAIGNOLZ *Clericus Lugdunenſis, die* Mercurij xj *Februarij, Anno Domini M. DC. LIV. A meridie ad veſperam.*

IN SORBONA.

PRO TENTATIVA.